

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Disputationes Chirurgicæ Selectæ**

**Haller, Albrecht von  
Lausannæ, MDCCLVI.**

**VD18 90538986**

Vorwort

**urn:nbn:de:gbv:45:1-16618**



# ALBERTI HALLERI

AD QUINTUM VOLUMEN

DISPUTATIONUM CHIRURGICARUM

P R Æ F A T I O.



*Inem ecce collectionis, quam ubertas materiei aliquanto copiosorem fecit, quam quidem expectaveram. Selectum in paucis excuso. Certe ea scripta pretuli, quae propriam observationem haberent, de iis minus sollicitus, quae alienam industriam alium in ordinem conjectam tradunt.*

*Practicam nunc pene ejusdem molis collectionem aggredior, quae, dum hac prodeunt, sub prelo est. In ea idem tenebo institutum, ut ex innumeris Dissertationibus eas seligam, quae aut singularis morbi bonam historiam, aut cadaveris morbofi non sine cura institutam incisionem, aut minus notum, & fidum tamen remedium aegritudinis alicujus continent. Quae, adeo infinita numero, morbi alicujus vulgaris vulgarem descriptionem, aut hypothesein aliquam, aut meram eru-*

Disput. Chirurg. Tom. V.

†

ditio

ditionem præ se ferunt, eas aliis relinquo. Cum vero multa, eaque egregia utilitatis Disputationes Practicæ mihi desint, earum catalogum publicabo propediem, eruditos interim viros & Bibliothecis instructos officiose rogaturus, ut & publice prodesse, & non ingrato homini subvenire velint, communicatis mecum, quæ desiderabo, scriptis Academicis.

BERNÆ Helv. die 10. Junii 1756.



T A B U L A

## TABULA DISPUTATIONUM

QUE

QUINTO TOMO CONTINENTUR

PARS SEXTA

*Vulnera.*

- CXXIV. BURCH. DAV. MAUCHART & PHILIPPI SIGISMUNDI  
SOALM *Letalitas per accidens* Tubing. 1750. Mascule & cordate  
contra epidemicam plurimorum Germanorum medicorum in vulneribus vere lethali-  
bus excusandis lenitatem pugnat, & mentem idoneis exemplis declarat, in quibus  
aut vere Chirurgus in culpa fuit, aut præter rem accusationem subiit. pag. 1
- CXXV. CHRISTIANI WENKER *Virginis per viginti septem annos ventri-  
culum perforatum habentis, historia & sectio*, Argentor. 1743. Præcedit equidem  
hanc disputationem alia AUGUSTI WENKERI fratris: quæ an. 1735 pro-  
diit, & historiam memorabilem hujus puellæ continet. Verum, cum ea historia  
a fratre tota in libellum, quem nunc edimus, translata sit, non visum est ea-  
dem repetere, & sumtus augere. Fecunda vero bonis observationibus est descrip-  
tio spontanei vulneris, ex rupti ventriculi abscessu nati; quod tot annis cum  
vita superstitè gestatum est. Menses per ulcus effluerunt; contractio ventriculi,  
qua cibos propellit, oculis se rarissimo spectaculo obtulit. Plures alias historias  
perforati ventriculi, imprimis a B. nostro olim HUMMELIO mutuatas, IDEM  
addit, & aliam coli intestini a callo pene clausi: cujus caveam nucleus pruni fa-  
nesto eventu occlusit. 19
- CXXVI. CHRISTIANI VATER & GUSTAVI PROSPERI JUCH *hi-  
storia & cura bubonis inguinalis cum perforatione intestini & eruptione lumbrici-  
corum* Witteberg 1693. Et hanc, quam in titulo præfert, & alias intestini her-  
niosi, gangrenosi, aut aliter petrupti historias narrat. 37
- CXXVII. CAROLI FRID. LUTHER & JOACHIMI DOLGE *de spica  
deglutita & per apophema hypochondrii dextri rejecta* Kil. 1704. Brevis rara san-  
tionis historia. 53
- CXXVIII. ABRAHAMI VATER & J. REICHARDI TIEFFENBACH  
*Vulnerum in intestinis Letalitas occasione casus rarissimi quo colon vulneratum in-  
versum per 14 annos ex abdomine propendens exhibetur* Witeb. 1720. Eti ne-  
glexit Vir Cl. occasionem explorandi motus peristaltici, & efficaciam acrimum me-  
dicamentorum, tamen observationem non contemnendam tradit. Tab. XXXVII. 61
- CXXIX. FRANCISCI MERI & ADRIANI MALAYAL *Quæstiones Me-  
dicæ in hæc verba Non ergo tenuium intestinorum vulnus lethale* Paris 1734.  
Exemplum intestinorum gangræna corruptorum & incisorum feliciter sanatorum  
continet. 75
- CXXX. CAROLI FRIDERICI KALTSCHMIDT cum resp. ADAMO  
JOANNE WEDEKIND *de vulnere hepatis curato cum disquisitione de le-  
tha-* 2